



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Cancion Segvnda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

Decorative border of repeating floral and geometric motifs.

LIBER SECVNDVS
ASCENSVS MONTIS
CARMELI,
IN QVO, DE PROXIMO VNIONIS
Diuina medio: Fide videlicet differitur, nec non de se-
cunda spiritus nocte, qua secundo Cantu conti-
netur.

CANCION SEGVNDA.

A Escuras y segura,
Por la secreto escala disfragada,
O dichosa ventura,
A escuras y en celada,
Eslando y ami casa sosegada.

SENSVS.

In obscuro, & satis tuta
Per secretos gradus, transiuestita
O sortem fortunatam,
Intene ris, & bene celata,
Cum iam domus mea esset tranquillata.

CAPVT I.

In quo Cantus hic eluci-
datur.



Elebrat hoc secundo
Cantu Anima felicem,
quam cosecuta est sor-
tem, in spiritu, ab uni-
uersis spiritualibus im-
perfectionibus, nec no
ab appetitibus proprietatis in rebus spiri-

tualibus, spoliando ac denudando. Quae res eo maioris fuit illi causa felicitatis, quo grauiore illi in quietando domicilio isto spiritualis portionis, ac in obscuritate huius interioris ingressu exhaustae erant difficultates: quae obscuritas nihil aliud est, quam omnium rerum tam sensibus subiectatum, quam spiritualium, spiritualis nuditas, soli viuae fidei innitendo (de hac enim vt plurimum loquor, cum negotium mihi nunc sit cum ijs, qui ad perfectionem tendunt) & per eam ad Deum conscendendo. Et idcirco vocatur hoc loco fides & scala, & secreta: Vniuersi siquidem gradus & articuli, quos docet, secreti sunt, omnique sensui ac intellectui absconditi. Et hac ratione remanet Anima in obscuritate, omni naturali luce tam sensus quam intellectus destituta; vniuersasque naturales ac rationales metas transgreditur, vt per diuinam hanc fidei scalam ascendat, quae attingit & penetrat etiam profunda Dei. Quam etiam ob causam asserit, Animam exiuisse transuestitam, praeseferebat enim & gerebat schema suum seu figuram naturalem transmutatam.

*Quidam
sit hac ob-
scuritas,
per quam
ad vnionem
diuinam
transseu-
dum est
Anima?*

*Cur fides
secreta
scala ap-
pellatur?*

*Quid sit
exiuisse
animam
transmutatam.*

D 3 iam

B.
Iuannis
a Cruce

Opera
Mystica
NVI
124